Et cum transisset sabbatum maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ut uenientes ungerent eum. Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti. Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ihesum queritis nazarenum crucifixum surrexit non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro quia precedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. At ille exeuntes fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor et pauor et nemini quicquam dixerunt. Timebant enim. Surgens autem ihesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat septem demonia. Illa uadens

Surgens autem p. s. Marie magdalene primo ostendit de qua vi. demonia eiecerat. quia meretrices et publicani precedunt synagogam. in. r. d. ubi latro precesserat apostolos. In principio mulier culpe uiro fuit. ex eo uir uxoris. nunc quia prima uortem gustauit. resurrexit prima uidit. et ne pertinaciter apud uiros obprobrium sustineret. quia uiro culpam transferat. transfudit et gratiam. Unde hec quia lucidus leticia resurrexit prima mentiam. a vi. demonibus curata memoratur. ubi habundauit peccatum. super habundasse gratia instruitur. Septenarius enim pro uniuersitate. Et quia a vi. demonibus. hec uniuersis lectoribus liberata erat. prima resurgentem dominum uidit. ne quis digna penitentiis de uita desperet. uidens eam quondam tot uitiis subditam. nunc adeo electam. ubi ipsum euangelistis et apostolis euangelizaret.